

25. **Aiphanes pachyclada** Burret nov. spec. — Palma caespitosa, caudicibus pluribus, tenuibus, aculeatis, 4—5,5 m altis. Frondes circ. 1,5 m longae, segmentis utrinsecus 25—26. Petiolus visus 23 cm longus, pallide furfuraceus, setis nigris haud crebris, aculeis horridis, nigris, crebris, usque ad 12,5 cm longis. Rhachis furfuracea, inferne dense, longe aculeata et setulosa. Segmenta rigidissima, supra inermia, glabra, nitentia, subtus saepe in costa media supra basin aculeo armata, ceterum inermia, glabra, laevia, 3—4, raro 5 dense aggregata, ut jam apicalia; spatiis longis et longissimis interjectis, apicalia basi angusta, nervis primariis 2—3 percursa, lobulato-praemorsa, 3,5—7 cm lata, in margine interiore 9 cm longa, omnia sat late cuneata, saepe in ambobus lateribus, sed magis in superiore producta, maximum visum circ. 33 cm longum, 7,5 cm latum, plurima sat minora. Spadix „fructifer circ. 60 cm longus, cernuus, fructibus confertis“. Visa ramorum fragmenta 9,5—14 cm longa, fructus gerentia, robusta, parte superiore flores ♂ gerente destructa. Fructus nonnihil immersi, in spira densa vel modice densa dispositi. Rami setis parvis, fere nigris obsiti. Perianthii fructiferi sepala, ut videtur, ovata. Petala triangularia, leviter acuminata. Cupula staminodialis obscure dentata. Fructus ipsi non visi.

Colombia: Depart. Antioquia, Rio Rosario. Waldländer, 1600 bis 1800 m (27. Mai 1880 — W. KALBREYER n. 1701).

26. **Aiphanes monostachys** Burret nov. spec. — Palma caespitosa, caudicibus pluribus, tenuibus, ut petiolus aculeis dispersis, fuscis armatis. Frondes circ. 1,3—1,5 m longae. Rhachis fuscoloprosa, setis parvis, inferne aculeis paucis, minoribus. Segmenta in quoque latere 10—11, late cuneata, supra nitentia, atroviridia, subtus pallidiora, tenuia, longitudinaliter subplicata, utrinque, sed supra plus minus decidue, pilorum basibus demum saepe tantum conspicuis, pilis sat longis, pallidis, sat densis hirsuta, irregulariter disposita, 2—3 aggregata, spatiis longis interjectis, apicalia plurnervia, latiora, ampla, oblique lobato- et lobulato-praemorsa, cetera in latere superiore anguste caudato-producta, in latere inferiore saepe obscure, latiuscule protracta, maxima visa ad 40 cm circ. longa, ad 10 cm prope apicem fere lata, plurima minora, sed spectabilia, parvum prob. basilare visum in costa media 18,5 cm, cum margine caudato-producto 23,5 cm longum, apice 4,2 cm in diam. „Spadix semierectus, 1,3 m circ. longus“, simplex, spica sine parte superiore flores ♂ gerente 30 cm longa, robusta. Pedunculi fragmentum setis longioribus, nigris, haud crebris praeditum. Spicae rhachis setis parvis, nigris sat dense obsita. Glomeruli florem ♀ et ♂ superpositos (omnes delapsos) gerentes in seriebus longitudinali-